# Mythologia, Venise, 1567 - X [84] : De Apro Calydonio

### Auteur(s) : Conti, Natale

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

Mythologia, Francfort, 1581 - X [84] : De Apro Calydonio *est une version augmentée de ce document*

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII**

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 03 : De Apro Calydonio *a pour résumé ce document*

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

Mythologie, Paris, 1627 - X [84] : Du Sanglier de Calydon *est une transformation de ce document*

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

Mythologie, Lyon, 1612 - X [84] : Du Sanglier de Calydon *est une transformation de ce document*

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4
langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1027?context=pdf

Pagination300v°

# Du monde

ToponymesCalydon (ville)
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

---

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1027?context=pdf

noſtris beneficiis, hac fabula admonebamur. Significant præterea deuitandam eſſe omnibus curioſitatem, & earum rerum ſtudium, quæ nihil ad nos pertinent: quoniam multis pernitioſa fuit arcanorum conſiliorum principum cognitio.

De *Hercule*.

VT autem demonſtrarent ſapientiam eſſe donum Dei, nullamque virtutem eſſe ſine diuina voluntate, Herculem, quæ fortitudo eſt, & probitas, & animi magnitudo in omnibus vitiis profligandis, voluptatibusque conculcandis, Iouis filium finxerunt: proxime enim ad diuinam naturam vel viuẽtes accedunt, qui per ſummam integritatem & beneficentiam in omnes cum ſumma omnium laude ſuam ætatem tranſigunt. vt autem ad hoc incitemur non erit inutile alienæ virtutis exemplum, atque in primis ſuperbia, & ira, & arrogantia, & animi furor monſtra grauiſsima placanda ſunt, omnis crudelitas ex animo tollenda, omnes illegitimi animi motus reprimendi, omnis voluptas parum honeſta auertenda, auaritia præterea, rapinæ, latrocinia viro bono fugienda. ſubleuandi iniquè oppreſsi, intemperantia omnis & libido extinguenda, ad quam ſiquis vel paululum conniueat, ab appetentia tanquam rapidiſsimo fluuio deferetur ad multa turpia & viro bono planè indecora. Atq; cum voluptatum omnium finis ſit dolor & miſeriæ, ſiquis neglecta virtute & animi conſtantia ad has prolabatur, is ſentiet demum quàm miſerum ſit turpibus cupiditatibus inſeruire.

De *Acheloo*.

NEQVE elementorum ſolum procreationem inter ſe mutuam, aut animalium, aut ventorum ex vaporibus, aut fulminum per fabulas ſignificabãt antiqui, ſed etiam fluuiorum ortum, & rerum ſingularum generationem. Quare Acheloum Oceani filium dixerũt, cum ex oceano omnis etiam aquæ dulcis natura originem capiat. Quamuis ſenſerunt alii poſtea ex aere in aquam verſo flumina generari.

De *Apro Calydonio*.

AT verò non vnum exemplum, ſed plura fabularum nos ad Deorum cultum inuitabant, propoſitis etiam grauiſsimis ſuppliciis illis, qui religionem neglexiſſent. Sic igitur Cyclops, quia Iouem contemneret, ab Vlyſſe obcęcatus fuit, & aper Calydonius regionem late deuaſtauit Aetolorum, quia Oeneus Dianæ cultum neglexiſſet. Nam cum nulla calamitas ſine Deorum conſilio & prouidentia contingat, tum nihil certe ſit horum, niſi propter hominum improbitatem. Nam propter peccata veniunt aduerſa.

De *Centauris*.

AD reprimendam autem temeritatem impurorum & ſceleratorum hominum, qui libidine & cupiditate ad quæuis turpia feruntur; quę incommoda paſsi ſint centauri per res eorum geſtas explicarunt. Nam qui vino immode-

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1027?context=pdf